



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Ioannes Federicus Lumnius n. 64

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Euangelium  
in multis  
Orbis Pro-  
uincijs ful-  
sit, in om-  
nibus de-  
clarauit.*

Lutheri hæresim. Hic anno 1517. Caput extulit, habuitque Reges aliquot sequaces, qui in suis Regnis Pontificiam sibi vsurpabant auctoritatem, vt in Anglia. Noua autem Religio forte est Iesuitarum, seu Patrum Societatis IESV, quæ Lutheri insequens vestigia, eius se erroribus opposuit, Euangeliumque in multis Christiani Orbis Prouincijs fulsit, in omnibus declarauit. *Hæc Escolanus Rector Parochialis S. Stephani, Historiographus Regius pro Regno Valentino.*

*Aliud de  
Societate  
vaticinium  
Isai. 18. 2.  
Cuius filij  
Angeli ve-  
loces, Isai-  
nubes, &  
Columbe.  
Isai. 60. 8.*

64. A IOANN. FEDERICO LVMNIO : *Qui aliud Socie-  
tatis Vaticanum in lib. 2. de Extremo Iudicio & Indorum uocatione  
recognoscit in Isaiâ Prophetâ ad ea uerba cap. 18. Ite Angeli ve-  
loces ad gentem conuulsam, & dilaceratam: ad populum ter-  
ribilem, post quem non est alius. Et cap. 60. Qui sunt isti  
qui vt Nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas,  
me enim Insulæ expectant, &c. Et quidem Lumnius ait, An-  
gelos Sodales nostros vocari, quia deuotione alacres, & spi-  
ritu per vastissimi maris pericula Pontificis auctoritate, ad in-  
cognitum Orbem transuolauerunt. Nubes propter celerem  
obedientiam & affluentem uerbi Dei prædicandi, & præro-  
gatiuam & gratiam. Columbas, quia Societas pacifica est,  
felle caret, simplicitate commendatur, gemit meditando, &  
Syluestres Columbas domum rediens adducit. Ita apud P.  
Nigrum. Commentar. Regul. Soc. Par. 3. n. 11.*

*Societas  
maius Ig-  
natiij mira-  
culum.*

65. \* A GVNDISALVO SANCHEZ LVZERO *Doctore  
Canonico Granatensi, & Commissario Apostolico in Concione Beatifi-  
cationis sanctissimi Patris Ignatiij à fol. 1. ubi ille Societatis, ac socio-  
rum existimationem miris encomijs sequenti testimonio fideliter latine  
reddito belle confirmat. Certissima, inquit, sanctitatis sancto-  
rum argumenta sunt eorum miracula, maximè cum in eius  
testimonium patrata sunt: plura equidem hodierna die S.  
Patriarchæ Nostri sanctitatem patefacere nobis possent: ue-  
rum vnum nobis erit instar omnium, id est Societas IESV,  
quam in Ecclesia Dei instituit, cuius amplitudo Mardochei  
somno mihi præsignata videtur: in quo cum sibi Reginæ  
Ether*

*Fuit in  
Mardochei  
somno figu-  
rata.*